

M I M


1 6 4 8



~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensi



FACES PHOEBOEÆ,  
*Claritudine & Præstantiâ Insigni VIRO*  
**DN. M. ADA-**  
**MO SPENGLERO, NEU-**  
 Kirch: Varis: Phrontisterij; Berolinensis Re-  
 ctori oppidò solerti & industrio, Præceptori  
 suo fidelissimo, SPONSO,  
 &  
 Virgini virtute & morum venustate deco-  
 ratissimæ,  
**ANNÆ,**  
*VIRI Reverendâ Dignitate, Pietate & singulari*  
*Doctrina cultu Spectatissimi, Commendatiss:*  
*& Nominatissimi*  
 Dn: M. JOACHIMI MAURITII,  
 Ecclesiæ Spandoviensis Pastoris & vici-  
 narum Inspectoris filia dilectissimæ  
 SPONSÆ,  
 Die VIII. Jd: Octobr: In debitam amorem  
 & honoris symbolam  
 Accensæ & prælatæ  
 Discipulis.


BEROLINI LITERIS RUNGIANIS. 1642.


n/  
 erwogen/  
 amen auch/  
 Gebrauch.  
 allen;  
 ihm gefallen;  
 n/  
 geduldig/  
 hts schuldig.)  
 allein  
 yn.  
 ugen  
 en saugen:  
 eine Frucht  
 dsch gesucht.  
 nfang gelungen/  
 beygesprungen:  
 Taubelein/  
 ssen seyn.



JACOBS FROBOER.  
 Dr. M. M. ADA.  
 MO SPENGLERO, NELLE.  
 ANNA.  
 Dr. M. JOACHIM MARIANUS.  
 RECTOR.  
 ANNO DOMINI 1691.

  
 Quia  
 Corde  
 Sta  
 Hanc  
 Spon  
 Spon  
 Talem  
 Cui pu  
 Onim  
 Quid  
 Tam  
 Am



 *Vanius non tanta fuerint in carmine vires,  
Quam mihi sat thalami; dicere jura foree.  
At verè flagrante tui compulsus amore,*

*Hac, SPENGLERE, Tibi dicere, pauca juvat.*

*Quum prudenter agas sectans mandata Jehovæ,*

*Fœdera quæ thalami jus sit amare sacri.*

*Corde Tibi grator: votisq; ardentibus opto,*

*Ut subeas felix, & benè cuncta fluant.*

*Ista dies veniat felix, & sidere fausto.*

*Jungetur lateri, quæ nova Sponsa tuo.*

*Hanc, nove Sponse, tuum ceu corpus ama: Neonymphum*

*Sponsa nova hunc redama semper amore pari.*

*Sponsa tuo gaude Sponso, quem divida virtus*

*Evehit: ingenium nobilitatq; suum.*

*Sponse tuæ gaude Sponsa, quæ numine cæli*

*Sollicitè justo thuris honore colit.*

*Talem Sponse, pijs precibus Doctissime Sponsam*

*Optasti, sed enim contigit illa Tibi.*

*Cui pudor & probitas & sancta modestia cordi est,*

*Et verà insignis cum pietate fides.*

*Onimium felix, o terq; quaterq; beatus,*

*Cui fatot alius casta virago datur!*

*Quid superest igitur Sponse, & tibi Sponsa pudica?*

*Nil nisi quàm thalamo fœdera fausta precer.*

*Tam multà cupidum faciat Te prole parentem,*

*Oscula quàm primo multa furore dabis.*

A 2

Vive

Vive, valeq; diu, valeat castissima Sponsa  
ANNULA, Et hec voti Summa sit, oro mei.

Grati animi & debita observantia E.  
his paucis applaudere

Vt DebVlt Ita Is VoLVlt

Iohannes ZabelIVs, MittenVV:

**A**ΔΑΜ πρωτογόνος πρώτως ὅπχειρ θεοῦ  
ἐπλάσθη, τῷ ζεῦσ ζεύγνυσθαι βέλετ' ἐταίραν,  
ὅπποτων εἶχε φίλα τὰ κτίσματ' ἀνὰ πάντα συνέυνη.

Τῆνκα τῷ χαυαίμ τὴν ἠύκομον γέτ' ἀκοίην.

Ἄλλὰ τί ἦν χαυαίμ πρώην; αἴφ' ὅτ' ἀκατέληφθην;

Ὅσέα τῷ Ἄδαίμ φίλα, σὰρξ ἢ φίλτατ' ὦπτα.

Μὴ τῷ ζεῦσ σφετέρην θάλασσην πιήσοι' ἀκοίην,

ὅππως ἰξαῦτις πολὺ φίλτατον εἶχευ ἐκείνην.

ἌΔΑΜ πᾶσ φίλε πρωτογόνου, σεβάσμιε Μνηστῆρ,

τοῖ, ἵνα μὴδὲ μονήρησ ἦσ ἀνέταρσ ἐραζε,

Ἄλλ' ἤδη θεοσ ὑψιμέδων ἠτοίμασ' ἐταίραν,

κέρην πηλογόνισ μηρῶσ περικαλέσ' ἀπασῶν,

ἢ καὶ ἀπὸ πλευρῆσ τῆσ, καὶ ἠτορῶσ ἴσθι,

τῆνκεν ἐκ ζαθέσ ἀναλάμβανε χειρῶσ ἐκείνησ,

δεξιὸν κίσ' ὠλευρῶν τὴν ἠξον, αἴφ' ἔκατέληφθην.

Ἢδὲ μετὰ φρεσὶ βάλισσ σῆσιν, ὄφεντερ ἵκαμεν,

καὶ φίλε Μνηστῆρ πολυήρατον εἶδασ' ἔχασαν.

Ζεῦσ δὲ μέγασ κραδίασ εἴργοι συνήματ' ἐρωτῶσ,

τῶν ἴ' εὐλογέοι λαμπρῶσ θάλαμον τε δόμον ἴε.

εὐχέσ:

Johannes Grobe/

Mittenw: March:

ἐν πολ-

**Ε**Ν πολλοῖς, σύμφημι, κρείττος θάυμασόν εἶοι  
 ὑψιπέφης ὁ θεὸς φανεροῖ, φανεροῖ γὰρ ἐκείνο  
 κλιζών θάυμασῶσ κόσμος σύστημα προσήλωσ  
 ἔδενός ἐξ ἔργα, φανεροῖ κλιζέλια φυλάτων,  
 καί γε ἐλεγχαι, τοῖς πασιν θεῶσ βρώματα ζώοισ  
 ἐν πελάγω καὶ γῆ, ἵνα μηδέν μηδένα λείπη.  
 Τῦτο δὲ ἔχ. ἔτιωσ μὲν ἐκείνθ ἐν ἔδενι φαίνοι,  
 ὡσ ἐνὶ συζυγίῃ, ὅταν ἀγνώσ πολλάκις ἀγνή  
 κ' ἀγνώσθην Νύμφην κνησεύει, καὶ μετ' ἐκείνησ  
 ζῆ, λιγέωσ ὧν γενήσοσ παρμαλλέα τέκνα.  
 Ἐνδημον παρέχεισ παρδειγμα, Διδάσκαλε, Νύμφην  
 ευγαμείων, δεσπῶν μεσῆν, καὶ Φυομῆν τῶ  
 σπύμματοσ ἐκ λαμπρῶ, ἱερῶ τῆν ἐκγονον Αἰδρόσ.  
 Αἰδρόσ, ὃν εὖ βλέψασ, Νύμφην ἦν μήγειν ἐβλεψασ.  
 Ἐυχομαί ἔν, ἵνα ἀγῶνασ πολλάκις μετ' ἐκείνησ.  
 ζῆσ, καὶ τῶν τέκνων ὅπη ἠρασμῶσ τέκνα.  
 Παύροισ Ἐυχομαί σοί γε καλῶσ Φιλικῆσ μετὰ Νύμφῆσ  
 μάλλον, ὅσιν πάντες γ' εὐχονταί. ΠΑΝΤΑ ΓΕΝΟΙΤΟ!

*Matthaeus Freundius, Colon: March:*

**T**urgidos si quæ tremebunda Coros  
 Navis evasit, rapidosq; nimbos,  
 Et mare horrendum, furibunda passim,  
     murmura spargens.  
 Prosperum velo revidet secundo  
 Eminus portum, patriamq; glebam,  
 Gaudet, & sclopi tonitru nefando,  
     grande minatur,  
 Adsitis oris, sociosq; miro  
 Gaudio complet, refugitq; Scyllas

turbidas, & quæ dubio fuere,

Tristia nautæ.

Sponse; cùm sortis superes iniquæ  
Flamen, & summo superum favore,  
Cominus Portum videas secundum,

Mente secundâ.

Inde, Tu lætus sociam foveto,  
In simul dignis humeris teneto,  
Cum bonis partis hilaris valetto,

Maxime Sponse.

Ter Deus summus faveat, benigna  
Largiens Sponso thalamum valere  
Pergravi argento faciat, maritam

Prole venustet.

Sonnet.

Wer von der hohen See / vnd von den grimmen Wellen /  
Vnd von der Klippen macht / fehret sicher an den Randt /  
Dem stillen Hafen zu / vnd offgewünschten Sand /  
Da Er nach bestem Wunsch kan Schiff vnd Achen stellen /  
Der selbe lesset sich von keinem Winde fellen /  
Gibt Salven in die See / vnd in das nahe Landt  
Das ihm gelassen hat / an seinen reichen Strande /  
Lebt sicher ohne Leidt / verflucht der Winde gellen:  
Darum Herr Bräutigam / weil Ihr auß See vñ Winden /  
Von Wollen / Felsen / Stein laufft in den süßen Port /  
Da keine Wolcken nicht / kein Ungemach zu finden /  
Wo ewre Güter stehn / wol in dem besten ort /  
Lebt wol vnd liebet stets / was ewrem Sinn gehäget /  
Vnd stund Ihn mit ruhm in diesen Hafen trägt.

Adam Käthel / Siles: Sagan:

Jnde

Inde,  
Mun  
premi  
digna l  
Jobare  
Dum T  
donat,  
parce v  
sive pu  
munera  
Sive v  
judiciu  
stirpis  
seu vid  
vidida  
omnia  
rite m

C

Quive

Cum P

Rectiu

Etreci



**I**nde, quod ornas  
Munera sparta,  
præmia gnarò  
digna labore,  
Jovæ rependit,  
Dum Tibi nuptam  
donat, ab omni  
parce venustam,  
sive pucaris  
munera forma,  
Sive vocaris  
judicium-sub  
stirpis honorem,  
seu videatur  
vivida virtus,  
omnia laudem  
ritè merentur,

ut dubitetur,  
cui referenda  
gloria palma;  
Inde subinde  
nonne præabor,  
nonne peroptem  
gutturæ pleno, &  
pectore, Rector?  
Vivere possis  
cum Neo-nympha  
sospes in annos,  
vivere felix  
non sine prole,  
absq; dolore, &  
luctibus agris.  
Ruminor, Anne,  
Taliter optem?

Petrus Waltherus, Soltqvell: Palæo March:

**C**onjugium res grata Deo, mortalibus apta:  
Ut sacra nos primâ Pagina fronte docet.  
Autor enim thalami Deus ipse & in Paradiso:  
Ergò non illi displicuisse potest.  
Qui verò spernit Socij consortia lecti,  
Et grave Conjugium judicat esse jugum;  
Cum Papâ sentit furijs agitatus iniquis,  
Connubij autorem ludificatq; Deum.  
Rectius his, cognate, facis, qui Sidere fausto  
Concelebras thalamo festa parata tuo.  
Et recipis comitem vitæ sociamq; laborum,  
Consortemq; boni, participemq; mali;

Ut

rimmen Wellen/  
n Randt/  
and/  
achen stellen/  
llen/  
nde/  
len:  
See vñ Widen/  
n Poet/  
oen/  
ort/  
häge/  
ägt.  
Silof: Sagan:  
Inde

Ut cordis pellat nebulas animiq, dolores,  
 Si quos obiciat fors inimica tibi.  
 Ille igitur felix, omniq; exasse beatus,  
 Cui venit in thalamum casta marita suum.  
 Gratulor ergò tibi de tali Coniuge, Sponse,  
 Te, precor, ut multà prole Jehova beet.  
 Faxit is, ut sani vivatis Nestoris annos,  
 Absit tibi tris ἔρως, dulcis at adsit ἔρωσ.

Isaac Spengler / Neukirch: Varisc.

אֲשֶׁר יִרְאֵהוּ וּבְתוֹרָתוֹ  
 יְהוָה חֲפָצוֹ יִמְצֵא יְשׁוּעָה  
 אֲשֶׁר אִשְׁתּוֹ תְּמִימָה לֵב וְנִי  
 לְשִׁגְלָה יַחַתָּה יִדְלָה בְּרִכְוָה  
 אֲשֶׁר אֱלֹהִים שְׂתוֹם יַעֲשֶׂה לָּהּ  
 כְּאִמֶּן אֲשֶׁרִי הָאִישׁ בְּעוֹדוֹ  
 וְאֱלֹהִים טוֹב מְאֹד רַבִּי מִנְחוֹר  
 לָהּ לְקַחַת מֵאֵל צְבָאוֹת  
 אֲנִי שֶׁאֵל שֶׁאֵל שְׁלוֹם וְנַעֲמִים  
 יִשׁוּעָתָהּ וְכֹל טוֹבָה לְעוֹלָם

\*\*\* \*\*

Σ Τζυγάην ἱερὴν διέταξεν κόσμος ἐν δαχῆ  
 θεσπεσίῃ βελή παντοκράτωρ ὁ Πατὴρ  
 καὶ διὰ τούτ' αὐτοῖς παρέχει ὄλβον τὸν ἀμεμπτοῦ  
 ἐν τῇ συζυγίῃ οἱ ἀγάγασι βίον.  
 Νυνὶ γάμον τελείης ἐρατεινὴν σπρόφρονι θυμῷ  
 Γυμνασιάρχῃ, καθὼς ῥῆμα θεοῦ φέλει.  
 Ὀλβίός ἐσσι ἀνῆρ, ὃ ποῖα παρθένος ἦλθε,  
 Ἡς εὖ ἠνιοχεῖ ἦθεα ἐσθλὰ θεός.  
 Χαῖρε, καὶ ἐκ θυμῷ Νύμφῃ φίλει ἱμερόεσσιν,  
 Ἡ σοὶ συνδέεται βελομήσιοι θεῶ.

Τοίνυν

Τοίνυν σοι συγχαίρω ἐγὼ πρὸς ἑὺφροσύνην  
ἐυχόμεθα ἐν πάσῃ τῇ ἐπιτυχίᾳ σου ἐπιτυχίᾳ.

Martinus Michovius, Cotb:

Luf: Gyra: Berl: Al:

GEMITUS SPONSALIS.

**H**ei mihi, quis tristes hyemis nunc subleuat auras?  
Hei mihi; quis mecum tedia tanta feret!  
Omnia nunc frigent, nunc est tristissimus annus;  
Nunc Phœbus gelidâ lampade stringit burnum.

Cunctaq; nunc metuunt torpentia frigora Bruma,  
Quis nihil in terris tristius esse potest.

Navita Ithyriferos invisens clasibus JNDOS;  
Reflexis velis nunc frena prona petit.

MARS ipse armipotens Vulcania dejicit arma,  
Atq; rigens tepidos tentat adire focos.

Hec Ego dum vereor, quærilâ hæc dum mente revolvo,  
Hei mihi, quis consors talia ferre datur?

Inquam; solivagi t'balami nunc tedia acerba  
Solutus agam? Cogor sicce perire miser?

Aut non æquè aliis divini Nectarâ Fontis  
Libavi; Ut superis sic odiosus eam?

Heu prius abripiat dulcissima stamina vita  
Heu, Lachesis, nunquam ut talia Fata feram.

Vivo equidem moriensq; foris me Bruma fatigat;  
Intus perpetuo me gravis urget AMOR.

MUSÆ.

Siste tuos gemitus, tristesq; recollige vires  
Incidit in casses prædâ petita tuos.

Lata VENUS rigidam nunc mentem dejicit atq;  
Supplicibus votis annuit ipsa tuis.

B

Ecce

*Ecce venit Charitum dulcissima triga Sororum,*  
*Ipsa tbori consors Hymene ducta venit.*  
*Consors dignatus Genio qua sola reperta est,*  
*Prasens, quaeq; tui sit medicina mali.*  
*Hacce tibi cunctas nunc curas subleuet, ejus*  
*In castum pones tristitia leta sinum.*  
*Ergo quid tardas? cape latus muner a Divum;*  
*Noster APOLLO vale! nobile parq; vale!*

Martin: Jacob: Rydeman, Brand: M.

כהנת כי כבר כברי חתן יאב  
 כלולתך ביום לעדה כלה מן כור  
 הנר המטה מעלה אף בחרף לך:  
 שלי לך בזה אשרי נצח אנדר כו:

**Π**αρθενῶν, κατὰ τοῦ πλεῖσταρχον, ἰσοῤῥοπὸν ὄντι  
 Σιληρόν, ἔχειν. Ἄλλ' ἔν ε' ὠδῶλοῖπον ἔχω.  
 Τὰς εὐχὰς οὖν σοὶ, παρθένε χάριν ὅτι ὀφείλω,  
 Νύμφε, δίδωμι πείπον, τὰς προέκερνα τύχαις.  
 Καὶ τὰ μάλιστ', πλέω ὅτι τῶν εὐχρηστῶν φέρουσι,  
 Ἐν τε γάμῳ τῶν δῶρα κρείττωσι τύχαις.  
 Αἰ μὲ μὴ νικῶσι ὑγείαν, μήτε χαλκήνην,  
 Οὐδ' εὐδαμονίην, μήτε ἔχουσι κλέει.  
 Αἰ δὲ ἅπαντ' ἀγε λεχθῆντων τὰ εὐόητα φέρουσι  
 Καὶ κεφαλαῖωδῶς πάντα δίδουσι λιταί.  
 Σοὶ ταύτας, Μνήσης σεμνός, συγχαίματα ἄνθι  
 Δωρέομι, ἐν ταύτης δῶρα τε πάντα, ΘΕΟΝ.

**I**nteger vita scelerisq; purus  
 Non eget Mauri jaculis, nec arcu.  
 Quid putas? annon reprehendier Po-  
 Eta meretur;

Svadeat

Ja sa  
 Und  
 Ep m  
 Denn  
 Durch  
 Weil  
 Was

Svadeat contra quoniam virago,  
Dum celebris Gymnasarcha noster  
Integer vitæ scelerisq; purus  
Esse probatur;  
Et tamen Mauri jaculum petivit;  
Hoc licet non sic egeat, meretur  
Laudis hinc pulchræ celebrem decorem

Sponsus amatus.

Hoc tamen factum, fugeret venenum  
Putris ut dirum Veneris, nec hoste  
Victus à foedâ, digito Supremi  
Orbus abiret.

Ergò cum laudent sapienter actum,  
Ultimus in carmine vestra pangens  
Debitum nostrum, meritumq; vestrum,  
Sponse negavit.

Optimus teli fuit utriusq;  
Ufus, hoc caldè precor, ô Magister,  
Cœlico Mauri teneatur arcu  
Cæstus & arcus.

Sonnet.

**L** Schreyet vnd klaget ein jedweder Stand/  
Das Wechsel vnd endern nur einig es mache/  
Das nu so gar werde verderbet das Land.  
Ja saget / Gott fahre mit straffender Hand/  
Vnd brauche daher die fewrige Rache.  
Ey weichet von hinnen mit dieser ursache:  
Denn saget man sho/das werde zertrant  
Durch endern die Eh' / vnd das böse nur wache? \*  
Weil sich auch die Nahmen ohn hofften verkehren / Adam rothe Erde.  
Was schwärzlich / heist rōchlich / was schwarz heist / ist roth. \* Maura  
Möhrin

B ij

Joh

Ich sage / diß wird gar wenig hier erhalten/  
Denn Gott wil noch heute die Ehe verwalten.  
Ich wünsch' es / Gott woll' auch auß allerley Noth  
Siereffen / vnd Ruhe mit Segen verehren.

Daniel Bernhardt/  
von Berlin.

**A**ltera pars VITÆ (sine qua non VIT A putanda:  
VIT A viro fuerit;  
Est Uxor seqviosa, bella, fida.  
Fert siquidem VITAM; & VITÆ fulcimina præbet:  
Gaudia suppeditans,  
Si torquent miserum faces dolorum:  
Hanc tibi cum dederit Deus, ô cultissime Sponse!!  
Sint rata vota precor,  
Ducas & valeas agens senectam.  
Gaudia tot tibi sint; sint tot tibi pignora amoris,  
Quot polus astra trahit.  
Quod Numen tibi det peto precorq;

\*\*\* \*\*

*En Charitum cætus delabitur; advolat Hymen.  
Approperant. Musæ gratantes voce sonora.;*

### GRATIÆ.

**A**ch höret an:  
Ein jederman/  
Amzo wir thun Kommenz.  
Ofer erschalt!  
Erklinge Walde:  
Von lauter Freud vnd Wonnen:  
Mit frewen Muth.  
Aufwarten thut  
O Venus hochgeehret!!  
Dir vnser Dienst.  
Weil dein gewinst  
Er allzeit sehr vermehret.

Drumb auch isund:  
Wie diese stund.  
Willig dir Dienst erweisen;  
Vnd thun mit Freud  
Zu der Hochzeit:  
Ohn einigh Verdruß reisen.  
Thun wünschen auch  
Wie vnser brauch  
Daß ihn Gott Glück/heil/segel/  
Gesunden Leib  
Geb' allezeit.  
Dran das meist' hier gelegen.

HTMEN.

H Y M E N.

**I**ch die keuschen Herk'n  
 So leiden Liebes schmerk'n  
 Durch Liebes Band verbinde fest!  
 Daß/ ob gleich Unglück herein stößt  
 Sie sich dennoch nicht scheiden/

Vielehe Leid

Vnd Trawrigkeit

Thun mit einander leiden.

Drumb euch verliebtes Paar

Ich ißo gank vnd gar

Vnaufflößlich mit Liebes Band

Verbind/vnd wünsche ewrem Stand:

Gekrönetes Haus vnd Herd/

Mit Gaben viel/

Ohn allem Ziel/

Sonderlich den Frieden werth.

Gehabt/ gehabt euch wol/

Führt Jahre freuden voll/

Der greise Nestor müße euch

Weit weichen an dem Alter bleich

Das Jahr-Zeit Rad thu lauffen/

Bis daß es hier

Zusammen führe

Mathuselems Jahr mit hauffen.

B ij

MU-

M U S A.

**W**ir kömen/wünschen Glück/Pindus Chor vñ Helicon  
 Auch Aganippides/die wir in Wäldern schöne  
 Mit hoch erfreutem Sinn/Mit hoch erfreutem Herzen  
 Ein vber groß gethön mit Musiciren machen  
 Durch vnser Stimmen klar; In Orpheus süsse Reyre  
 Zu singen sind bereit / Zu Ehren Phæbus Sohne  
 In gleichen seiner Braut / so jzt ist der ander Er  
 Glück/ Glück / ja lauter Glück / daß kein Unheil sie gefähe  
 Des Unglücks Donnerknall ja ewer allzeit schone.  
 Der dürre Menschen Feind der Todt / ja habe feyre;  
 Aber die Lebens Zier Gesundheit stets anlachen  
 Euch thu mit frischem Muth; thu weichen aller Schmertzen;  
 Euch allemweg' ergetz guter Botschafft gethöne.  
 Nun wohl / gehabt euch wohl! Wir müssen auffond davon.

Samuel Laurenti, Gub. Lus.

**S**i me fecisset natura benigna Poëtam,  
 Si liquor Aonijs tingeret ora mea:  
 Multa tuis vellem componere carmina tædis  
 Ceu Studiosorum doctæ corona facit.  
 Hoc sed difficilis mihi cum natura negavit,  
 Seria pro docto carmine vota dabo,  
 Vota dabo grato ac animo deducta lubenti,  
 Alme Deus voto pondus inesse sinas:  
 Conspicias, vivas, (O Rector) pignora, Secla,  
 Lætus & unanimis, plurima, longa. precor.

Thomas Hünffelchen Arns-  
 vvald: Neo-March.

Nunc

N  
 Qva fa  
 Nunc,  
 Oprati  
 Undis  
 Eccam  
 Proce  
 Et Ny  
 Adjun  
 O qua  
 Nym  
 Ergo  
 Alite  
 Vos  
 Dij  
 Amb  
 Nec  
 Præse  
 Et vu  
 Felix  
 (de q  
 Fum  
 Veru  
 Sit, c  
 Adsis  
 Adsis  
 Adsit  
 Adsit  
 Vos P



**N**unc, o perpetuo colende Rector  
Tandem, tot mala passe tam furentis  
Sortis, tamq; Scholæ laboriosæ,

Quæ fastidia conciere svescit:

Nunc, inquam, vacua his malis iniquis,

Optatum tua habet carina portum.

Undis jamq; tuam ratem extulisti:

Eccam nunc Venerem! tibi obvia quæ

Procedit, viridem ferens coronam

Et Nympham lepidam tuo quam amori

Adjungit propriam tibiq; donat.

O quæ flos merito potest vocari

Nympharum, quot erunt, quot aut fuerunt!

Ergo jungite dexteras secundò

Alite & solidò peruncti amore.

Vos (si quæ est pietas in æthere altò)

Dij cunctaq; Deæ benignò ocellò

Ambos aspiciate (obsecro) faventes.

Nec non, o Hymenæe, nuptiarum

Præses, fautor & auctor huc adesto.

Et vultus hilares & adfer omen.

Felix, non velut Orphea tulisti,

(de quo Naso \* refert) ubi subinde

Eumò arsit tua tæda lacrymoso:

Verum fax tua splendida instar astri

Sit, coruscat ut in meridie Sol.

Adsis lætitiæ parens Iacche;

Adsis Pieridum parens Apollo;

Adsit Charites novemq; Musæ;

Adsit placidissimè severæ.

Vos Parcæ; quibus est necis potestas;

\*Ovid. Metam:  
l. 10. f. 1.

Ante

Ante haur rumpite (quæso) fila vitæ  
Quàm vitæ satiâs utrumq; cepit;  
Hoc unum precor, hoc idemq; fiat!

Christianus Menzelius, Fürstenw: M.

אל כרא נתן לאדם  
את אשה ויכרה אתם  
גם לך אל אשת את יפוך  
נתן נא לכם כל טובה:

Ὁ σέφανος τὸν ἀνακτα, καὶ ἀνδρα ἀκοιτις ἀγάλλει,  
ἀσεφανος βασιλεύς ἐστ' ὁ ἀκοιτος ἀνήρ.  
κόσμον ὁ ἥλιος κοσμεῖ, καὶ νυμφίος οἶκον,  
οἶκον ἔχων ἀγαμον κόσμον ἀνηλον ἔχει.

Ταῦτα βλέπων Ἀρχων γιμὸς καὶ σαῦτα νοήσας  
Σύγγαμος ἐγκαμέει τὴν ἐρατὴν γαμοστὴν.  
Πάντα ἔγωγε προσεύχομαι δευγάμοισιν ἀριστα,  
ὅτι δὲ ἔρωλι βίον, ἐν δὲ βίῳ καὶ ἔργον.

Heinricus Cupcovius, Cotb: Luf:

Am, Reſtor, Sponſam donat tibi Reſtor Olympi,  
Moribus atq; bonis ingenij egregiam.  
Sin ſpectes formam, ſic exſuperat tua Sponſa  
Æquales, ceu ſol aſtra minor a præſe.  
Hæc pura eſt ſceleris, nec non eſt integra vitæ,  
Cujus habet normam dogmata ſancta Dei.  
Hanc dignam te conſortem tibi fœdere junges,  
Quæq; tua vitæ dulce levamen erit.  
Suscipe vultu tuo jam, Sponſa, maritum,  
Qui tibi præſidium & forte juvamen erit.  
Sponſe vale felix, caſta cum compare, grati  
Sintq; tibi hæc animi ſigna minuta mei.

Chriſtoph Schönbeck, Stend:  
Marchic. Junior,

**Ο**ἴην πεπνυμένῃ καὶ πολυχρήματῃ  
αἰδοῖαι Σαλομών, Νυμφίε, ζῶρα Φεῖ  
Νύμφην, τοῖαν ἐτάξην χαλεπῶν πόνων,  
ἤδη νῦν κέλεταί σοι γαμέειν θεός,  
ὅς νομίει δυνατὸς δῶμαθ' ὑπέριστα.  
Τοιγάρτοι συ μέτωπόν τ' ἄνευ ἐυφρονῶν,  
καὶ συζηήμασιν σὲ ἀμφιβόλοισι τῆν  
ἱερὴν γηθοσύνην χάριματά τ' ἐκθερε.  
αὐτὸς σοι δὲ τανῦν, ἐσθλὸν Διδάσκαλον,  
συγχάριον, γυνετῆρ' ἠδὲ ἐπέυχουμαι  
ἀγνόν, συζυγίης μὴ ἀπέμην θέλη,  
αὐτὰρ σωζέμεθα ἀγγελικῶν χορῶν.  
ἄμφω μακρόβιοι ζήτε καὶ εὐτυχεῖς,  
καὶ μὴ μοῖρ' ὀλοὴ διπυχέας θολοῖ  
ὑμείων θαΐδας. πλείστα τὰ ἐγχευθῶ  
γυνᾶτ' ἐν νομίμῃ κοίτῃ, ἀ χαρμαλα  
κλίξῃ ἀυλοτελῇ ὑμῖν ἀληθέα.  
ἐν κλοῖσι ἐνυχίῃ ἄσπερα χρέματα  
τεθροῖσιν ἐπαξέσω, ἀ ζητεῖ  
ζωὴ ἀνδρομέη, καὶ περὶ Φιλτάτη  
ὡς ἐκ τῶν ῥεθέων ψυχὴ ἀπέπιατο,  
ἐλυμπόνδ' ἀγέτω ἔρανεσθ' ἑρατῶσ  
κείνην, ἀθανάτων εἰς ἀγλαὸν χορὸν.

Valentinus Winftius, Leonr: Neo-M:

*De nomine SPONSÆ*

*Ad SPONSUM.*

**A** N N A manet prorsum & rursum, S P E N G L E R E colende,  
Huc illuc vocem voveris, A N N A manet.  
ANNAM si vertas, tunc voce reciproca habebis  
MANNA, illam Ambrosiam deliciasq; Poli.

C

MAN-

Fürstent: M.

ἀλλη,  
νήε.

Cotb: Luf:

k, Stend:  
ic. Junior,



M A N N A famem levat; ANNA sitim restinguit & ignem,  
Qvotē R E C T O R amor torqvēt, amica domat.  
Omen id est faustum, qvōd sic tua S P O N S A vocatur,  
Qvæ sit sola tui M A N N A futura tori.  
Gratulor ergo tibi tali de virgine S P O N S E,  
Utq; toro semper M A N N A sit ANNA, precor.  
Vivite concordēs, vigeat pax, absit Erinnyis,  
Mense eadem vobis sit simul, unus amor.  
Nulla dies unqvam vestros labefactet amores,  
Donec vos ambos abstrahat una dies.

Ita eximis animi mei fibris  
gratulor.

Adamus Bergerus, Gub: Lus:

**N**ulla satis felix placidâ sine conjuge vita,  
Legitimo & socio  
amore gaudet Rex potens.  
Quid tibi thesauri? Quid erunt sine conjuge Regna?  
Quid tibi divitiæ?  
Cræsi superbi maxime?  
Si cujus cruciant mordaces pectora cura;  
Conjugium varia  
crucis medela est efficax.  
Na, Neonymphe, sapis, gazas qvi negligis amplas,  
legitimiq; cupis  
inire fœdus vinculi.  
Plaudimus hinc omnes, & prospera qvæq; precamur,  
Fata secunda tuis  
captis ut adsint optimis,

In sa.

*In serosq; annos vigeat, crescat, foveatur*

*Fama, Salus, Soboles*

*celebris, ampla, prospera.*

*Ita applaudit.*

*Casparus Fellerus, Gub: Lus:*

**Epithalamium**

**Ad Odam decimam lib: secundi Horatij.**

**S**perat infestis, metuit secundis,  
Alteram sortem benè præparatum  
Pectus, informes hyemes reducit,

**Jupiter idem**

Summovet, non si malè nunc & olim  
Sic erit, quondam cithara tacentem  
Suscitat Musam, neq; semper arcum  
tendit Apollo.

Rebus angustis animose Sponse  
Et vices tales didicisse adesse  
Sortis haud fulmen metuens premendo,  
littus iniquum.

Auream certè mediocritatem  
Diligens fortis mala pertulisti  
Fausta sperasti & benè præparato  
pectore fata.

**C 2**

**Maxi.**

Maximè lapsi hîc homines, sed usq;  
Ecce tu perstas, sapiens ubiq;  
Contrahens vento nimium secundo  
turgida vela.

Hinc ad optatos apices honorum  
Vectuses, gaudes, tenet & suavis  
Te tuæ sortis Neonympha vinculum  
Compede grata.

Hâc tuus Sponsâ thalamus calebit,  
Disce tu posthac modulamen asâ  
Voce quod reddas, minuentur atræ  
Carmine curæ.

O Deus, grate tibi sunt agenda,  
Fac ut hic suavis thalamus virescat  
Fac honor Sponsæ ut revirescat usq;  
Sorte secunda.

*Johannes Jüterbotius, Gymnas.  
Berl. Alumnus.*

**N**unc illa in hortulum venit  
Requies tibi gratissima,  
Nempe ANNA consors mellea  
Solamen in rebus malis.  
Ut enitet formâ, aspice,  
Et ore castus emicat

Pudor

**N**  
Semp  
Cui  
Diti  
Iova  
Arge  
Casta  
Nec  
Dona

Pudor, fides, ut splendeat  
Vultu modestia, aspice.  
Nunc quisq; pro Sponsis preces  
Mecum novellis fundite,  
Hos firmet ut constans amor  
Amaritudo ne fiet.  
Adsit cubili nobilis  
Semper (precor) concordia;  
Nunquam novelli desinant  
Progerminare surculi.  
Venito, Christe pronube,  
Adesto Sponsis his novis,  
Festivitati præside,  
Venito, Christe pronube!

Johannes Mers/Klingentha-  
lensis Variscus.

**N**on domus alta mihi, non auri pondera facti.  
Nil offerre q̄veo Sponsa, nec munera Sponso  
Qua profunt: Magnum est gemitum premo corde sub imo,  
Semper adesse velit Sponsus cœlestis Et almus.  
Cui non deficiunt argentea munera summa;  
Ditior est Cræso. Dextram ergo porrige seruo,  
Iova juvans. cures, sponso quò cuncta parentur.  
Argentum atq; pecus, nec desint mitia poma,  
Castane eq; nuces, nec pressi copia vini:  
Nec quoq; formosi pueri, teneraq; puella.  
Dona Dei qui sunt, mensa adstant sicut olive.

C 3

Vive

*Vive diu Rector! confirmes, Rector olympi,  
Vota precor, morier cum deniq; cogit acerba  
Mors, illos caeli radiantis suscipe regno.*

*Matthias Hoffbecker/ Oder-  
bergensis March:*

**C**um Deus è limo primum formasset Adamum,  
Pro pietate suâ talia verba dedit:  
Haud hominem præstat solum sine compare vitam  
Transigere. Hoc novit, qui benè cuncta regit.  
Iccirco costam de corpore sumpsit Adami  
Formando Sociam, sicq; locutus erat:  
Crescite vos multum terramq; replete virentem;  
Chara Dei soboles prodeat è thalamo,  
Cum te sorstalis, Rector clarissime, verset,  
Uxorem adjungas conjugioq; tibi;  
Cœptum ut sit felix, semper mea Musa precatur:  
Quicquid & est reliquum, talia vota facit:  
Adsiet alma Dei summi benedictio vobis;  
Vos regat, ac vestrum sospitet ipsa thorum.

*David Micbaël, Teltov:  
March:*

**M**E later unde queam sat digna expromere  
verba,  
Queis clari Sponsi Nomina condecorem:  
Nobile cor ipsi tribuit Tritonia virgo;  
Et dedit, ut possit puncta merere Sophi.

*Posti-*



Postideà accessit tenerorum Mater amorum;  
Quæ Sponsi nomen fecit habere queat.  
Ergo quis nolle mecum perhibere Magistrum,  
Fortunæ Natum & gaudia percipere?  
Det DEUS Æternus qui princeps autor amoris,  
Detq; Θεάνθρωπος Sponsus is altipotens;  
Detq; Paraclerus, sint svavia fœdera Lecti,  
Sit fœcundus amor progenie eximiâ.

Andreas Schönberg/Neu-  
stad: March:

**G**ratulor ex animo tibi jam, Clarissime Rector,  
Dum mollis lecti fœdera sacra subis.  
Virgine cum pulchra, pia que simul atq; pudica,  
Hec vobis semper junctio fausta fiet.  
Vester amor firmus sit, vivite Nestoris annos;  
Vos servet, ditet, multiplicetq; DEUS.  
Et tandem exacto cursu miserabilis ævi  
Splendida det vobis scandere Regna poli.

Johannes Fürstenwerderus,  
Berl: March:

**D**um tibi connubio stabili, Venerande MAGI-  
S.T.E.R.,  
Ex fato jungis præstanti corpore Nympham,  
Quæ pia, quæ prudens, quæ casta pudica, decora,  
Atq; paras lecti conscendere fulcra jugalis:

Gratan-

Gratantes gratâ concurrunt voce fideles  
Discipuli, tibi certatim bona verba precantur,  
Sollicitantq; DEUM tua quò bene cœpta secundet.  
Sed quid ego? sileam? non sim tibi gratus alumnus?  
Absit. Et ut fulvæ desint mihi pondera gazæ,  
Pro dono pia vota feram: DEUS annue votis.  
Vivite concordēs, pacis patientia mater  
Assideat thalamo, fœcundi vivite, ut olim  
Natorum Natos, & lemīna multa Nepotum  
Cernere possitis, felici luminis usu:  
Vivite longœvi, numerantes Nestoris annos.

Christophorus Hübner, Bruxâ Boh:

**O** Utinam! ceu Turtur amat, conservat, honorat  
Fœmellam sociam, fœderacasta, torum;  
Sic R E C T O R nunc S P O N S U S amet, conservet, honoret  
Egregiam S P O N S A M, vincula sancta, D E U M.  
A N N A torum augebit S P E N G L E R O, ut adauxit A D A M O  
E V A suo ditans prosperitate diu.

Henningus Gieslenius, Primisl: March:

**C**lare Vir, & nostratis prima Columna Lycœi,  
Cum thalami sacrum fœdus inire pares;  
Gratulor ipse tibi, votisq; ardentibus opto,  
Ut cœdis cedant omnia fausta tuis.  
Te faciat pulchrâ Supremus prole parentem,  
Ambiat & vestram copia plena domum.  
Vivite felices, annos & ducite multos,  
Nec vestrum turbent ulla pericla torum.  
Vivite concordēs ambo, nec cœdia cœdæ,  
Nec lectus fiat luctus, amator amor.

Stephanus Cunovius, Perleb: March:

**Q**uicquid habent sylvæ terræq; , pericula dura  
Instantis brumæ pertimuisse solet.  
Inde feræ in sylvis, genus asvetumq; volucrum  
Compare de fido prospiciunt sibimet:

Sic Rector clarus Sponsam sibi ritè dicavit,  
Promptam auferre illi dura pericla hyemis.

Illi talis erit, qualis pia Sara Marito,  
Casta Rebecca suo qualis & Abramidæ.

Augeat ANNA torum SPENGLERO, ut ad auxit Adamo  
Eva suo, vigeat, vivat, opumq; potens.

Quod reliquum, absit Eris, sed Eros fidissimus adsit,  
Aspirent votis numina dia, precor!

Sic gratulab: Dn: Sponso

Adamus Thiele / Fürstenwald: March:

**A**d dubito nec provideo, Præceptor amande,  
Quando sis finem facturum summa petendi.  
En! adeo suprema cupis, sic infima spernis:

Summum namq; gradum Witteberga in Philosophia  
Summus habes, hic Gymnasio Rector dominaris.

Jam nunc Gymnasio Veneris præesse laboras  
Hinc meritò versu, meritò tibi gratulor ore &  
Pectore, quod sequitur votum tibi rite propino.

Unà dilectâ cum conjuge vive valeq;  
Vive valeq; diu, atesce subinde bonorum  
Cornu, te donec Deus arce beabit Olympi.

Christianus Alberti, Fürsten-  
wald: March:

D

En!

**E**N! quoniam thalami Rectoris gaudia festa  
Jam celebrabuntur, gratulor ex animo.  
Est tibi, SPONSE, tuo in thalamo percasta puella,  
Quæ te jucundis colloquijs recreat.  
Vivite concordēs, felices atq; beati,  
Tempora dum cœlum, dum regit hora diem.  
Vivite fœcundi, multam quoq; cernite prolem,  
Nec careat larga vestra culina penu.  
Vivite longœvi, serosq; videte nepotes,  
Tandem intrate etiam regna beata poli.  
Hæc precor ex animo, RECTOR, tibi docte magister.  
Cætera, quæ restant, suppleat ipse Deus.

*Zacharias Casmerus; Freyen-  
wald: March:*

**Q**uod multis alijs & doctis, Clarissime Rector,  
Carminibus præstant, cum fata benigna præcantur;  
Id thalamo vestro levidensi prosequar uno:  
Prospera sint Sponso tibi fata, nec aspera Sponsæ.

*Valentinus Schultetus, Besco-  
viensis Lusatus.*

**R**ectè ardes tædas, Rector præclare, jugales;  
formosam Sponsam Numine dante tibi;  
Moribus hæc placidis, virtutum dotibus aucta,  
casta, gravis, prudens & pietatis amans.

*Ille*

Illa tuæ columenq; domus, lumenq; futura est;  
Spes generis, cordis lux, medicina mali.  
Auspicio ergò bono talem cape, Sponse, maritam,  
quâ te tam largè gratia dia beat.

Virgo viro tali, vir tali virgine gaude:

vos pia vota ligant: vos pia fata regant.

Sit sine lite thorus, male sanaq; jurgia cedant;  
sit sine mœstitiâ connubialis amor.

Fœderis exhibeant vobis paradigma columbæ,  
in quarum thalamis ardor amoris inest.

In animi grati tesseram

fac:

Michaël Juncener/Col: March:

VOTUM LILIORUM NUPTIALE.

LILIADUM tibi nostra vovet, SPENGLERE! quadriga  
ORBICULARIS eat connubialis amor.  
Teq; Deus sponsamq; tuam regat, optime RECTOR!  
Perpetuò vigeant gaudia vestra tori.

Interprete

Martino Lilio, Berol: March:

UNA tibi placuit cui dicas, chare Magister;  
Delicia, ANNA, mea, tu mihi sola places:  
Sponsa venusta placet, laudato creta parente;  
Scilicet est votis congrua virgo tuis.  
Virtutum est etenim morumq; ornata decore,  
Virginei verè lausq; decusq; chori,

Id cir-

Id circò grator toto tibi pectore, Sponse:  
Utere sorte tua: Quod DEUS ipse finit:  
Qui vestro clemens cœpto benedicat amori,  
Et tecto vestro noxia quæq; fuget.

Samuel Löscherus, Schlac-  
walda; Boh:

**P**rospera voverunt omnes, TIBI SPONSE: Vovendum  
Nil restat; nisi SINT OMNIA VOTA RATA.

*Paucula hæc*

*subscribebam.*

*Dn: Præceptori meo*

**Georgius Kramer/**

**Berl: March:**



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,  
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibicine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle


3

002 062 674









62

PHOEBOEÆ,  
*Præstantiâ Insigni VIRO*  
**M. ADA-**  
**GLERO, NEU-**  
*ontilterij; Berolinensis Re-*  
*rti & industrio, Præceptoris-*  
*issimo, SPONSO,*  
 &  
*& morum venustate deco-*  
*ratissimæ,*  
**NNÆ,**  
*Dignitate, Pietate & singulari*  
*Spectatissimi, Commendatiss:*  
*Nominatissimi*  
**CHIMI MAURITII,**  
*loviens-nsis Pastoris & vici-*  
*ectoris filiaæ dilectissimæ*  
**SPONSÆ,**  
*Octobr: In debitam amoris*  
*onoris symbolam-*  
*ensa & prælatæ*  
 Discipulis.  
 TERIS RUNGIANIS. 1642.

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Inches  
 Centimetres